

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Promptvarii exequialis pars ...

Continens centurias II. dispositionum, quibus themata funebria sive
scripturae dicta varia ...

Bidembach, Felix

Francofurti, 1625

Thema XII.

[urn:nbn:de:bsz:31-130978](#)

THEMA XII. EX NOVO TEST. 443

5. Prospexit ne familiæ? I. Tim. 5. v. 8.
6. Anne defraudasti proximum tuum in negotio; I. Thessal. 4. v. 6.

Qui male administravit officium , male stabit. Eodem loco erit qui noluit facere officium , in quacunque vocatione. Hat das Maul nicht dorſſen auf thun auf der Evangel: (Canis non latrans , Esa. 36.) Oder auf der Nahstüber/er. Metuit officio & honori. Non cogitauit, quis ipsi dederit minam suam. Aut fuit ignarus & piger. Tenebrae expectabunt tales. Et quod metuerūt, id ipsum accider illis. E fastigio dignitatis , ad quam propterea eueti fuere à Deo , ut seruirent ipsi , deturbabuntur, & à Diabolis illusionem patientur.

Qui vero fideles fuerunt, commendabuntur coram omnibus Angelis , &c. Maior gloria ornabuntur, quam aili electi. Erunt enim gradus beatitudinis. Stella à stella I. Corin. 15. v. 32. Dan. 12. v. 3. qui erudierunt sicut Sol. Da wird man sehen / welcher redlich gewesen / 2c. Hic exspectent serui fideles sua præmia. Non carent siue placeant hominibus, siue non, Galat. 1. v. 10.

F I N I S.

THEMA XII.

Luc. 21. v. 18.

Capillus de capite vestro non peribit.

D I S P O S I T I O.

Occasionem dicendi de uno capillo capitisi , præbet hic locus: quod mirum forsitan cuiquam videri possit: cum pilus unus res sit omnium vilissima, adeo , videret contemptissima soleamus dicere proverbio , Non unius pili facio. Quod non tantum apud Latinos & Gracos (dicentes id ἀτοπίχες , dignus pilo, id est nihil homo est) sed etiam apud Germanos est communissimum. Ich frage nit vmb ein Haar darnech. Nicht ein Haar. Keines Haars wehrt. Tanto autem diuina gratia & prouiden-

dentia, maiora laude digna & perpetuo celebranda, quæ non hic tantum sed & pluribus scripturæ locis, de vilissi no pilo hominis sic loquitur, ut Deum circa illos capillos capitis nostri plurimum occuparum esse constet. Idem & hic locus Christi ostendit: quem nos primum explicabimus: Deinde vero quantum doctrinæ, consolacionis, & admonitionis: etiam minutissimi capitis capilli (h illos iuxta sacrae scripturæ Oracula considerauerimus) nobis afferre possint, ex his scripturæ locis variis [Deo dante] demonstrabimus.

Textus.

1. Cum Discipulis suis Christus hic agit paulo ante passionem suam. Præmonet ipsos, fore ut iniiciantur ipsi manus, sustinuntur iudicis, occiduntur.

2. Consolationem addit Nihil timendum. Quia propter nomen Christi illud sit euenturum. Adfaturum ipsis filium Dei & defensionem pro ipsis instituturum: loquuntur pro ipsis.

3. Subiicitur, Et capillus de capite vestro non peribit. Eadem ratione etiam Mat. 10. v. 30. & Luc. 12 v. 7. solatur ipsos, capillos capitis esse numeratos.

Habent autem hæc verba plus in recessu.

Primum quidem de Dei prouidentia certificatur, qui ipsorum curam sit habitus. Quia inumerato habet capillos capitis.

Deinde, ne dicant: der Wolff frist die gezehlte Schaff auch: hoc vult, sine voluntate Dei neminem ipsos lèdere posse: neminem posse ipsis sine Dei permisso crines euellere. Huc facit etiam similitudo de passeribus.

Tertio Maxime vero securitatem vitæ hæc phrasis in scriptura denotat, ut 1. Reg. 1. vers. 52 non cader capillus de eo in terram. Ibi promittit saluum conductum Adoniz, quod non sit occidendum. Idem. 1. Sam 14. v. 45. Idem Act. 27. vers. 34. promittit Paulus ex reuelatione diuina securitatem naufragium passuris. Non cadet capillus de capite. Sic defensionem Christus promittit hic.

Quar-

THEM
Quo
dua
hac occida
da, dum m
hac mea ges
ann, Mar.
iù, id
ij p
verlo
tolo, & pol
petra, fed
vertra possim
44 ref. ut ic
bo, viuecc
dimo, ger
dico, dico
Insigne
pro nobis
quod in o
capitis cap
ku, paten
bjet & num
lus pilo? Q
tan men
fido, & ne
la pertice po
Quid aut
eum & illis
habet han
p. quam de
capillu
Pater et
laudauice

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK

X
THEMA XII. EX NOVO TEST. 4.5

Quarto At vterius progetdatur etiam hoc loco Christus. Quod si voluntate Dei cadat capillus in terram , & fiat ut occidatur aliquis vestrum (sicut Jacobo mox accidit , dem man das Haar gar sampt dem Kopff vnterm Hut wea geschiitten: Act. 12. v.2. & Joanni Baptista idem euenit, Mar. 6. v. 27.) Itamen illius capillus de capite non peribit , ait. Ideo non dicit capillus non cadit , sed capillus [i]n d[omi]n[u]m non perit. Esse nicht vmbkommen / oder verloren sein. Quis si diceret: sicut ego corpus vestrum volo , & possum seruare , etiam in media morte: ut non pereat , sed gloriosus resurgat: Item , sicut omnia ossa vestra possum custodire , ut aevnum ex illis pereat , Psal. 34. vers. 1. ita etiam capita occisorum cum capillis seruabo , ut nec caput nec capilli pereant , sed resurgent in nouissimo die. Wann einem von meinen wegen polstein harlin auch gerauft werden / so soll es ihm wieder werden / und nicht dahinden blieben.

D O C T R I N A.

Insignem de diuina prouidentia , cura & sollicitudine pro nobis , doctrinam continet hic locus: ostendens , quod in obliuione Dei non sint nec passerculi , imo nec capitum capilli: quod ex locis allegatis, Matth. 10. Luc. 12. & 21. patet Imo lachrymas etiam in vtre Domini colligi & numerari , Psalmus 56. vers. 9. author est. Quid vi- lius pilo? Quid lachryma? qua nihil citius arescit. Interim tamen tanta cura & sollicitudine Dominus suos cu- stodit , ut ne vna lachrymula , ne vnu quidem ipsis capili- lus perire possit.

Quod autem Dominus circa capillos capitis (rem alio- quin vllissimam , ut vix credere ratio poslit , diuinam ma- iestatem hanc curate) multum sit occupatus , patet ex le- ge quam de Nazareti tulit , Num. 6. v. 5. de non tonden- dis capillis capitis: & ibid. v. 7.

Patet ex historia capillorum Samsonis detonsorum & rufus crescentium , non sine Dei prouidentia , Iud. 16.

Patet

Pater ex lege de inspectione capillorum in leprosis. Leuit. 13. verl. 10. 30. & seqq. multis aliis. Pater ex lege de caluicio. Deut. 14. verl. 1. Pater ex loco scripturæ de illis, qui pilum poterant funda percutere. Jud 20. verl. 16. quod Spiritus sanctus annotauit. Pater ex historiâ Absolonis, quem Deus crinibus præhendens suspendit in queru, &c. 2. Sam. 18. v. 9.

C O N S O L A T I O.

Consolationem autem hinc pī capere possunt maximam, quod ipsis in vocatione sua nihil periculi nocere possit, cum Deus tam sit prouidus & sollicitus, ut non patiatur ipsis unum euelli pilum. Et Satan ipse Hiobo sine Dei permisso ne unum quidem poruit curuare pilum, Job. 1. Custodit enim suos, ut pupillam oculi.

Et quia in manu signauit, semper haberet in conspectu suo pios. Esa. 49. v. 16. Nemo nocere pīs quantumvis omnia possit: Ni Deus ipse velit, nemo nocere potest. Quod si maxime diuina voluntas permittat hostibus ut noceant, ut occidant; animæ nihil poterunt nocere. Mat. 10. v. 28. Imo ne ipsis quidem capillis. Neque enim quicquam periturum est, quod illi perdere voluerunt. Offa custodit, Psal. 34. Lachrymas numerat: Psal. 56. v. 9. Colligit. Ibid. v. cod. Capillos conseruat ne pereant.

Quid igitur desideramus ultra? Quid metuimus ab hominibus? Quid faciat mihi homo? Psal. 56. verl. 12, Er soll mir nicht ein haar trümmen sine Deo. Und wann sie uns das gar aufz rauffen/ so soll es doch nie verloren seyn/ sondern häpsch glänzen aufs bavern Kopff am jüngsten Tag. Cum corpore enim capilli resurgent & glorificabuntur, Phil. 3. v. vlt.

A D M O N I T I O.

Quia omnia in manu & potestate Dei, adeoque capilli etiam ut nec Satan, mundus vel quispiam alius sine Dei Permissu possit lādere: imo ne in nostris quidem manus sint capilli, ut unum ex illis vel album vel nigrum possit.

X

THEMA XIII. EX NOVO TEST. 447

possimus facere, Christo dicente, Matth. 5. v. 36. quanto magis ipsa vita & anima nostra in Dei est potestate, & non in nostra. Monemur ne temere & contra Dei voluntatem vitam & corpus in discrimen adducamus. Qui amat per eulum peribit, 5yr 3.v.27. Non enim tentandus Deus, Deut. 6.v 16. Custodiunt angeli, Psal. 91.v.12. in viis tuis, id est, vocatione. Ibidem.

F I N I S.

THEMA XIII.

Luc. 16. v. 33.

Cœlum & terra transibunt, verba autem mea non transibunt.

D I S P O S I T I O.

Desumpta sunt verba paucula ex prolixa illa Christi concione, in qua non tantum de excidio Hierosolymitanis, sed etiam de nouissimo die & interitus mundi, erudituit fuos auditores, paulo antequam pateretur Hierosolymis. Utque nihil dubitarent de his, addit, verbum suum, quod de fine seculi protulerit, multo esse solidius, quam cœlum & terra sint. Fore enim, ut cœlum & terra aliquando perent: nihil tamen de verbis suis periturum, quin omnia potius abunde complectum iri. Et hæc eadem verba non hictantum, sed & Matth. 24. v. 35. & Marc 13. v 31. descripta extant, ut intelligatur serio hæc à Christo agi.

Nos itaque 1. de transitu cœli & terræ, 2. de firmitate verbi diuini dicemus.

I. Pars.

1. Constat nobis ex scripturis, cœlum & terram non fuisse ab æterno, sicut olim fenserunt gentiles: qui ignorabant scripturas: sed hæc à Deo condita esse in tempore, scil. ante annos 5570. Hic enim præfens annus ab incarnatione Christi est 1608. ab exordio mundi 5570.

2. Sic.